

Johann Nicolaus Quistorp

**Programma Qvo Ad Ornandas Comitandi Funeris Exeqvias, Qvas ... Catharinæ Kleinschmieds ... O. O. Rerum publ. Proceres, Civesqve Academicos ea qva decet humanitate invitat : [P.P. Sub Sigillo Rectoratus die VI. Aprilis, Anno 1713.]**

Rostochii: Weplingius, [ca. 1713]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766432939>

Druck Freier  Zugang



Quistorp, J. N.,  
in C. Kleinschmied.  
R. 1713.















97.  
PROGRAMMA

QVO  
AD ORNANDAS COMITANDI FUNERIS  
EXEQVIAS,  
QVAS

Nobilissimæ & Virtuosissimæ Virgini,  
Nunc inter coelites sanctæ,

CATHARINÆ

Meinschmieds /

conventuali Rostochiens.

Pientissimæ

Oni Cognati & Affines

hodie perfici C. D. intendunt

O. O. *Reverendi publ. Proceres, Civesque Academicos*

*ea qua decet humanitate invitati,*

JOHANNES NICO-  
LAUS QVISTORPIUS,

Th.D. hujusq; P.P.O ad Div. Nic. Past.

& R. Ministerii Patrii Superintend.

h. t. Universitatis Rostochiensis RECTOR.

ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGI, SERENISS. PRINCEPS.

Et UNIV. Typogr.





**D**E Electis *Johannes*, vere Theologus ille, in Apocalypseo c. XIV. v. 4. scribit: *quod virgines sint, sequentes agnum quocumque ierit, quia enim virgines manent, ideo Agnum sequuntur, siquidem huic soli desponsati & addicti sunt, omnem suam in Agno immaculato reponunt fiduciam, in illum ut Salvatorem suum credunt, seque ejus gratiæ unice commendant. Agnoscunt enim Agni bonitatem & inexpressibilem mansuetudinem: agnoscunt *χρηστοτητα* & clementiam ejus, juxta quam peccatores recipit, & a peccatis eos absolvit DEOque reconciliatos sistit. Agnoscunt summam ejus potentiam, qua ipsius Diaboli opera destruere, serpentem conculcare, captivitatem captivam ducere, arcum conterere, arma confringere, scuta igne conburere, civitatem suam in æternum fundare, inimicos scabellum pedum facere, Reges in die iræ suæ perdere, in nationibus judicare, ruinas implere, capita*



pita multorum in terra conquassare, animam a per-  
 sequentibus salvare queat, juxta dicta ipsius Sp. S. in  
 sacris extantia. Considerantes igitur tantam Agni DEI  
 potentiam & clementiam, cur non in eum omnem  
 animorum suorum fiduciam Electi reponant; Agnus  
 quidem exiguæ alias videtur potentiaë esse: Sed hic  
 Agnus non vulgaris est, *verus agnus DEI Joh. I. v. 29.*  
 & quidem ille ipse Agnus, *qui accipit honorem, potentiam*  
*& fortitudinem Apoc. IV. & V.* Huic soli desponsati,  
 & addicti sunt: hunc Agnum sequuntur respectu  
 doctrinaë, respectu vitæ, respectu crucis & patientiaë,  
 quo præit Christus Dux N. infallibilis, eo sequuntur  
 Electi. *Hi emti sunt ex hominibus primitia DEO & Agno*  
*h. e. hi electi sunt ante mundi jacta fundamenta, ut pri-*  
*mitiaë essent DEI & Agni, ut, quemadmodum olim*  
*primitiis oblatis summi sacerdotes solebant delectari,*  
*iis tanquam munere selectissimo summe delectaretur*  
*ipse DEUS & Agnus Christus JESUS: Is quo-*  
*que nostra Nobilissima & Pientissima p. d. CATHA-*  
*RINÆ Kleinschmeds / Conventualis Cœnobii ad S. Cru-*  
*cem Christi, hic Rostochii, Virginis infucataë, nunc tri-*  
*umphus est, non quod innupta viro discesserit, vel ul-*  
*lum meritum status sibi arrogaverit, sed quod sancta*  
*fide, & purificata JESU Christi Agni immaculati sanguine*  
*sequuta Agnum per totam vitam quocunque, ierit*  
*tandem supremum vitæ diem beate clauserit.*  
 Nata beatissima hæc Virgo est in nostro Roletto:  
 Anno superioris seculi M. DC. XXXV. die  
 XIX. Januarii hora VI. vespertina, Patre Vir<sup>o</sup> Præ-  
 Nobilissimo & Prudentissimo Dno. JOACHIMO Kleinschmedts



**schmidten** / Consule nostræ Civitatis insigniter merito  
& post mortem æstumatissimo, qui fratrem germanum  
in vivis laudavit Virum Excellentissimum Dnum:  
**JOHANNEM Kleinschmidt** / Professore Juris longe  
Celeberrimum atq; in Academia nostra etiam post fata  
sua adhuc viventem, Cujus nomen & post funera in be-  
nedictione est. Matre honoratissima & incluta Matrona  
**WENDULA Korfé**. Avum Paternum habuit Virum  
integerrimum B. DN. **PETRUM Kleinschmidt** / Mer-  
catorem olim hujus Civitatis conspicuum, Aviam-  
que Matronam s. t. splendidissimam **ANNAM Ketz-  
meré** Maternum Avum venerata est Virum Præ- No-  
bilissimum & Prudentissimum Dnum. **JOHANNEM  
Korff** / Consulem Patriæ nostræ s. t. fulgidissimum &  
de Republ. N. insigniter meritum, qui Uxorem te-  
nuit **ANNAM Kruels** / pietate, honestate, omni-  
busque; quæ sexum muliebrem decorant laudibus con-  
spicuum. Sed quid juvat Beatos Majores, Agnatos, Co-  
gnatosque ulterius colligi, cum jam majorem, præ  
Majorum omnium connata & acquisita gloria, gloriam  
in cœlis pie defuncta teneat, & missa omni terrestri va-  
nitate in Divino fulgore quiescat. Quin poti<sup>9</sup> vitæ ejus  
ab ipsa infantia ad suam senectutem, virtutibus sexum  
suum ornantibus, actam suspicimus. Namq; non tantum  
vivo Patre, morum accurato censore, egregiæ educati-  
onis semina prima prospere cepit, sed & postquam Añõ  
ætatis suæ XVII. (Añ. Christi vero MDCLII. Mense Oct.  
optimo & amantissimo Parente orbata fuit, se totam  
Deo consecravit. Externos Virginum ornatus parum  
curans, interioram splendorem amans, vera Regis JE-  
SU



SU Christi & sponsa & filia Agnum sequens: Unus illi rubor placebat interior sanguis sc. JESU Christi: Unus exterior, quem genuit pudor, unus candor internus sc. Christi justitia: unus externus abstinentia; neque dubito, quin de hac N. B. dici potuerit, quod de *Georgonia Nazaianzenus* commemorat: *Cum dignissima esset, quæ in publicum se efferret, rarius tamen visa est, minusq; Virorum oculis patuit.* Non defuere tamen Proci, qui p. d. ambiere. Verum, cum præmissis precibus sacra lubens legeret, tantam cœlestium rerum venerationem & charitatem a Spiritu S. suo in pectore fuscitatam sensit, ut nihil sibi cœlo dulcius, nihil tempore sacris negotiis impendendo carius, nihil, si vivendum foret, castitate virginea extra conjugale onus in piis meditationibus servanda optabilius esse, sæpius commonstraret, proptereaque Amicissimorum consilium de ingressu cœnobii æquissima non tantum mente, sed & lætissima amplexa est, cœnobiumque, quod hic Rostochii est illustre Anno 1675. ingressa, abs dicto tempore usque ad extremum vitæ habitum cum Veneranda & Reverenda *Domina* reliquisque Conventualibus amicissime, nulla interveniente rixa, vixit. Dicit haud potest, quam egregie cum aliis DEO sacratas Virginibus de vera DEI agnitione & virtute fidei agere & colloqui parata fuerit, quantaq; humanitate, modestia, æquitate, in sermonum piorum progressu versata fuerit, ut probet se totam DEO esse sacratam, & Agnum sequi, *quocumq; abit.* Hæc sunt acta & facta B. D. Quale autem mortis genus castissimum ac intemeratum corpus invasit? Respondeo senectus

X3

fuit



fuit, quæ ipse morbus est, qua, totius corporis habitus confectus ad interitum properat, dum oculi caligant, aures graviter audiunt, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapsi numero minuuntur, cutis arefcit, pectus suffocatur, tussis cachinnat, genua trepidant, talos & pedes tumor inflat, & hæc omnia ruituram jam donum nostri corporis cito pronunciant, ut eleganter loquitur *Cyprianus*: *Hinc plus omnibus religioni operam dare senibus convenit, quos presentis seculi florida ætas transacta deseruit, monente eodem Cypriano.* Adhibita quidem fuere omnis generis medicamina ad conservandum ægrum corpus, sed prævaluit senectus, quæ & per annum & quod excurrit P.d. in lecto detinuit. Vidit ergo ad se fatalem diem; Igitur ad mortem & cœlestem illam profectioem, solenni sanctitate & religionibus se comparavit: Advocans Virum maxime Reverendum atque Amplissimum Dnum: JOHANNEM SENSTIUM, S. S. Theolog. Doct. famigeratiss. Archi-Diac. Marian. & Cœnobii Pastorem dexterrimum, Collegam N. conjunctiss. utpote Confessionarium suum, devote, & grandi cum desiderio S. sanctæ synaxeos ut particeps fiat, abs laudato petiit, moxque petitis annuenter habuit, ab Eodemque ad Mediatorem nostrum & *MORTU* generis humani JESUM, atque sacro sancta ejus vulnera ablegata, suavissimis consolationibus mirifice erecta fuit. Nil enim magis moribundos refocillare potest, quam meritum passionis & mortis JESU CHRISTI, quicquid etiam in contrarium Papiætæ garrere intendunt. Omnia enim operum merita vocat



cat *Paulus* in *Epist. ad Philippens. c. I. II. v. 8.* *συβάλα*  
stercora: Hinc *Bernhardus* ille *Monachus* vere pius  
*lib. de interiori domo c. 33.* *Térret me tota vita mea*

*DEUS* meus, quoniam diligenter discussa apparet mihi  
aut peccatum aut sterilitas; & si quis fructus in ea vide-  
tur, sic est aut aliquo modo corruptum ut possit aut non  
placere, aut displicere tibi. Heu mihi qualis vixi, &

quanta mala feci. *Conscientia* mea meretur *damnatio-*  
*nem*: *pœnitentia* mea non sufficit ad *satisfactionem*, sed  
certum est, quoniam *miserericordia* tua delet omnem *offen-*  
*sionem*. Dele ergo pie *Domine* *iniquitatem* meam *multitu-*  
*dine* *miserationum* tuarum. Merentur & meo qui-  
dem *judicio* *JOHANN. GERSONIS* *Parisiens.*  
*Cancellarii* versus in *testamento* adduci:

*Qua* *mortalia* sunt *mortalibus* *ultra* *relinquo*  
*Corpus* *humum* *redeat*, *Spiritus* *ad* *Dominum*  
*Spiritus* *iste* *meus* *JESU* *a* *Te* *suscipiatur*

*Spes* *mea* *Tu* *JESUS* *Gratia* *non* *Opera.*

Ultimo demum instante mortis articulo, adventan-  
te fatali hora die XXIX. elapsi mensis Martii ho-  
ra tertia vespertina inter manus, lachrymasque  
adstantium Cognatorum Agnatorumque, nec non  
pientissimarum Conventualium pie placide ex ruen-  
te hoc terrestri & male fido tabernaculo εἰς τὸ Ἱε-  
ρατοῦσιον ingressa est, annos nata LXXVIII. XI. Men-  
ses & IX. dies. Ita se habet vitæ, ita mortis pientissi-  
mæ Virginis CATHARINÆ Kleinckumbe's / histo-  
ria. En vero felicitatis in senectute felicissi-  
mum complementum! *Duo* *bus* *quasi* *scipionibus*  
*nititur* (ut habet curiæ *Pofoniensis* *inscriptio* apud  
Chy-




*Chytraum*) *Senectus laudabilis: recordatione vite honesta antea, & spe vite melioris.* Illa præcessit, hæc nunc sequuta est, illa & pietate & honore ac prærogativa non una in terris nituit, hæc nunc infinitis gaudiis animam reficit æternumq; reficiet. Assumpta est a sponso suo plena dierum, quia plenissima fidei, pietatis, ac omnium Virginalium virtutum.

Ad hoc *Sanctæ & Beata Virginis Fœnus* quod hodie hora 1. solemnibus exequiis effereatur & condetur, *Omnēs O. O. Proceres ac Cives Academicos*, velut Præconis voce convoco. Ite frequentissimo Comitatu, Exigunt hoc a Vobis Dni. Affines & Cognati defunctæ in Domino. Date etiam aliquid meæ invitationi. Inter eundem, dum funus effertur, menti inprimite illud *Bernhardi*: *Si quando affectus fueris radio, diligenter cogita, quomodo corpora deferantur humanda, quomodo componantur in tumulo, quomodo pulvere contegantur, quomodo a vermibus vorentur, quomodo quasi saccus putrescens consumantur.* Summa: *Tibi Philosophia sit meditatio Mortis assidua: hanc ubicunque fueris, & quocunque perrexeris, tecum porta, & in æternum non peccabis.* Hoc agite & Valet.

P. P. Sub Sigillo RECTORATUS  
die VI. Aprilis, Anno 1713.

Conventus fiet in Æde S. Jacob,  
hora prima pomeridiana.













GUSTAV KOCH  
Buchbinderei  
ROSTOCK







fuit, quæ ipse morbus est, qua, totius  
bitus confectus ad interitum properat, di-  
gant, aures graviter audiunt, capilli f  
in pallorem mutatur, dentes lapsi num-  
tur, cutis arefcit, pectus suffocatur,  
nat, genua trepidant, talos & pedes tur  
hæc omnia ruituram jam donum nostri  
pronunciant, ut eleganter loquitur *Cyp-  
plus omnibus religioni operam dare senibus o-  
praesentis seculi florida ætas transacta deseruit,*  
dem *Cypriano.* Adhibita quidem fuere c  
medicamina ad conservandum ægrum co-  
valuit senectus, quæ & per annum & q  
P.d. in lecto detinuit. Vidit ergo ad ffe  
Igitur ad mortem & cœlestem illam pr  
solenni sanctitate & religionibus se com-  
vocans Virum maxime Reverendum ato-  
mum Dnum: JOHANNEM SENSI  
Theolog. Doct. famigeratiss. Archi-Diac  
Cœnobii Pastorem dextrimum, c  
conjunctiss. utpote Confessionarium su  
& grandi cum desiderio S. sanctæ synax  
ceps fiat, abs laudato petiit, moxque pe-  
tem habuit, ab Eodemque ad Mediatores  
MEOSTHY generis humani JESUM, atque faci  
vulnera ablegata, suavissimis consolati-  
fice erecta fuit. Nil enim magis moribu-  
lare potest, quam meritum passionis &  
SU CHRISTI, quicquid etiam in cont  
stæ garrire intendunt. Omnia enim operu-

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
W  
X  
Y  
Z  
Copyright 4/1999 VxyMaster GmbH www.vxymaster.com  
Vierfarbselector Standard - Euroskala Offset

A  
B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
J  
K  
L  
M  
N  
Focus  
O  
Balance  
Q  
R  
S  
T  
U  
V



cat Paulus in Epist. ad Philippens. c. I. II. v. 8. *συνβαλα*  
stercora: Hinc Bernhardus ille Monachus vere pius  
lib. de interiori domo c. 33. Terret me tota vita mea

DEUS meus, quoniam diligenter discussa apparet mihi  
aut peccatum aut sterilitas; & si quis fructus in ea videretur,  
sic est aut aliquo modo corruptum ut possit aut non placere,  
aut displicere tibi. Heu mihi qualis vixi, & quanta mala feci.

Scientia mea meretur damnationem: penitentiæ certum est, *penitentia tua deles omnem offensionem.* Dicitur iniquitatem meam multitudine merentur & meo quidam PERSONIS Parisiensis adduci:

Altro relinqvo ad Dominum

Oper.

adventantis Martii hominis, lachrymasque Agnatorumque, nec non

pie placide ex ruente male fido tabernaculo *εἰς τὸν Ἱερὸν* nata est, annos nata LXXVIII. XI. Menses & dies. Ita se habet vitæ, ita mortis pientissimæ Virginis CATHARINÆ Kleinschmiedes! histo-

storia. En vero felicitatis in senectute felicissimum complementum! *Duo*bus quasi scipionibus *misitur* ( ut habet curiæ Pofoniensis inscriptio apud

Chy-

